Universitätsbibliothek Paderborn

Aluari Pelagij de pla[n]ctu eccl[es]ie desideratissimi libri duo et indice copiosissimo et marginarijs additionibus rece[n]s illustrati

Alvarus <Pelagius>

Lugduni, 1517

Handschriftenfragment

urn:nbn:de:hbz:466:1-29953

Visual Library

de frugali

uos esse frugi iubet. Abrogemus igitur istud horride uetustatis rubigine obsitum imperium.
Et enim quid opus libertate si uolentib; luxu perire non licet? Age par pferamus equali iugo uir-
tutis honorisq; societate iunctum. Instructum autem aemulationis animo dissidens. C. l. naero. L.
iulius q. salinator secundi punici belli temporib; firmissima r p. latera quam destrictam simul
egerunt censuram. Nam cum equitum centurias recognoscerent, et ipsi pp ter robur aetatis etiam
nunc eorum essent enumero. ut est ad polliam uentum tribum uentum, preco lecto nomine salinatoris.
citandum necne sibi esset hesitauit. Quod ubi intellexit naero. exitari polliam (collegam) et equum uendere
iussit. quia popli iudicio dapnatus esset. salinator quoq; eadem animaduersione neronem psecutus est.
adiecta causa quod non sincera fide secum in gratiam redisset. quib; uiris siquis celestium significasset
futurum ut eorum sanguis illustrium imaginum serie deductus in ortum salutaris principis nostri conflue-
ret. depositis inimicitiis artissimo se amicitie foedere iunxissent. seruatam ab ipsis patriam, com-
muni stirpe seruandam relicturi. Salinator uero quattuor atq; .xxx. trib; inter aerarios referre
non dubitauit. qui cum se dapnassent, postea cons et (iterum) censorem fecissent. Pretexuit q; causam quia necesse
esset eas alterutro facto criminis temeritatis aut piurii teneri. unam tantum modo tribum maeciam
uacuam nota reliquit. que eum suffragiis suis ut non dampnatione. Ita ne honore quidem dignum
iudicauerat. Quam putemus constantis et preualidi illum ingenii fuisse. qui neq; tristi iudiciorum
exitu compelli neq; honorum magnitudine adduci potuit, quo se blandiorem in administratione
rei p gereret. Equestris quoq; ordinis bona magnaq; pars cccc iuuenes censoriam notam patiente
animo sustinuerunt. Quos m. ualerius et p. sempronius quia in sicilia ad munitionum opus ex-
plicandum ire iussi facere id neglexerant equis publicis spoliatos in numerum aerariorum retuler-
Turpis etiam metus censores summa cum seueritate poenam exegerunt. M. enim atilius regulus
et l. furius philippus m. metellum quaestorem compluresq; equites roman qui post infeliciter
comissam cannensem pugnam cum eo habituros se italiam intrauerant direptis equis publicis
inter aerarios describendos curauerunt. eosq; graui nota affecerunt. qui cum in potestatem
hannibalis uenissent legati ab eo missi ad senatum de pmutandis captiuis. neq; impetrassent
quod petebant in urbe manserunt. quia et romano sanguini fidem prestare conueniens erat.
et m. atilius regulus censor psidiam notabat. Cuius pater p summos cruciatus expirare quam
fallere karthaginienses satius esse duxerat. Iam hec censura ex foro in castra transcendit que neq;
timeri neq; decipi uoluit hostem. Secuntur duo eiusdem generis exempla ea q; adiecisse satis
erit. geta. cum a. l. metello et g n. domitio censorib; senatu motus esset. postea censor factus est.
Item m. ualerius messala censoria nota pstrictus. censoria post modum potestate imperauit.
quorum ignominia uirtutem acuit. Rubore enim eius excitati omnib; uirib; incubuerunt. ut
digni ciuib; uiderentur quib; dari potius quam obici censura deberet. Ex. I. de maiestate

EST etiam illa quasi priuata censura. maiestas clarorum uirorum sine tribunalium fastı-
gio. sine apparitorum ministerio potens in sua amplitudine obtinenda. grato enim
et iocundo introitu animis hominum allabitur admirationis pretexto uelata quam
recte quis dixerit longum et beatum honorem esse sine honore (al oneri). Nam quid plus tribun
potuit cons. quam est datum reo (causa) metello. qui cum causam repetundarum diceret. ta-
bulaeq; eius ab accusatore expostulate ad nomen inspiciendum circa iudices ferrentur,
totum consilium ab earum contemplatione oculos auertit. ne de aliqua re que in his